



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm,  
Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam  
Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

170. Nullo pudore à bono deterreri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](#)

## 688 SIGNVM CLXIX.

Paulus prudentiam quoque in Catalogum virum Episcopi retulit i.ad Tim.3. Et Christus Apostolis commendat dicens : *Estote prudenter sicut serpentes.* Qualia autem prudentia omnes debeant Episcopi exponit S. Ambrosius inde dignitate Sacerdotali his verbis : *Rapacior* Paulus in Episcopo prudentiam non mundalem dicitur, quod sit *stabilitas apud Deum, sed spiritus est, quae & opere circumspetaz sit, & verbo perutus astutus sicut serpens, & simplex sicut columba.*

Potest hoc lumen prudentiae augeri & confirmari, nihil temere aut inconsulte, negligenter agendo, sed sumpto ad cogitationem spacio, diu multumque res expendendo, vero omnia circumspiciendo & considerando, quae consequi possunt. Nam quis sine confusione quasi subito quodam vento ad res agendae pellitur nulla consideratione aut meditatio sine dubio errabit in maximis rebus, & non committet, quae postea commissa nollet, ut men reuocare poterit.

## SIGNVM CLXX.

*Nullo pudore à confessione vere fidei vel confessione veritatis, vel observatione deuinorum mandatorum aliorum-uebonorum operum absterrei.*

i. **O**b copiosam remunerationem in compensationem paratam (Matt.5.v.11.2.Cor.4.v.16.10.v.34.)

2. Ut vitetur confusio auerna in die iudicij  
(Mar.8.Qui me confusus &c.) SS. Prophetæ et-  
iam in materia lumen confusioneis Domino ob-  
temperabant. 1. *Ezaias* iussus est nudus incedere,  
& Origenes contra Celsum testatur, eum per  
triennium integrum nudipedem ambulasse. 2. *C.13.v.i.*  
*Ieremias* iussus est primo se p̄cingere lumbari  
lineo & abscondere illud in foramine Petræ do-  
nec computresceret, putrefactum vero rursus  
effodere & populo ostentare. Deinde iussus est *C.19.v.i.*  
a senioribus accipere lagunculam testam eam  
que frangere in oculis virorum ipsum comitan-  
tum. Tum gestare è collo catenam ligneam &  
alia lignea, quod & fecit licet à populo irridere-  
tur.

3. *Ezechiel* iussus est sartagine ferream in-  
te se & ciuitatem ponere & dormire in latere si-  
nistro 309. dies, in dextro vero 40. Deinde  
iussus est comedere panem sub cineritium ster-  
core humano, & cum illud deprecaretur, saltem *C.5.v.i.*  
bouino. Tertio gladio acuto radere pilos capi-  
tis & barbæ, namque eorum partem igni com-  
burere in medio ciuitatis, alteram gladio conci-  
dere in eius circuitu, tertiam dispergere in ven-  
tum, & paruum numerum ex eadem ligare in  
summitate sui pallij, & rursum eos in ignem  
protojicer. Quæ omnia licet ridicula videri pot-  
sent, hominemque pudefacere, tamen fe-  
cit.

4. Christi vita secundum mundi iudicium vi-  
deri potest plena confusionis (sed salutaris.)  
Natus est enim in loco vilissimo (stabulo) in-

Xx ter

ter bestias, & depositus in præsepio, adorans  
in simo genere hominū, educatus ab egenis  
rentibus in summarerum inopia, sicut tam al-  
tus vixerit ex aliena liberalitate testatusque  
nec habere, vbi caput suum reclinare posset.

*Matt. 8.v.  
10.  
C.3.v. 16.*

*C.4. v.5.  
Io. 15. v.15.  
Matt. 4.v.  
18.  
C.26.v. 69*

erubuit publice detractis vestibus baptizans  
Ioanne recipere, permisit ut ab ipso Satanam  
naculum templi & in montem excellsum de-  
retur, asino quasi triumphans Hierosolymam  
clamantibus pueris inuectus est, cum infamia  
hominibus publicanis & meretricibus ven-  
non detrectauit, rudes & pauperes pescantes  
discipulos adsciuit, contumelij multis a seni-  
& Pharisæis affectus, ac tandem captus, con-  
tus, velatus, flagellatus, spinis coronatus, per-  
dibrium veste purpura & alba induit & va-

Rex flexo poplite salutatus, ac demum in me-  
latronum velut mortalium deterimus cruci-  
fixus est. Hinc Paulus (*ad Heb. 13.v.2. Qui te-  
proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confi-  
tempta.*)

5. Apostoli insistentes magistri sui vestigis,  
benter omnis generis contumelias & lu-  
post acceptam spiritus S. gratia sustinuere. Ne-  
cum ob prædicationem Euangelij cæsi fu-  
abant gaudentes, &c. (*A&t. 5.v.41.*)

6. Paulus de se scribit (*1.ad Cor. 4.Reg. 1.*)  
*disculum facti sumus mundo & Angelis & homi-  
nos stulti propter Christum, &c. Purgamentum  
mundi facti sumus, omnium peripsema vis-  
adhuc, imo nec gloriari & exultare dubitat in  
irrisionibus & probris. Libenter, inquit, glo-  
riantur.*

*1. Cor. 12.*

*v.9.*

in infirmitatibus meis. Et: Mibi absit gloriari nisi in Gal 6. v.  
cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mun- 14.  
dus crucifixus est & ego mundo. Præmia ingenui pu-  
doris & verecundiae V. in Triumpho.

S I G N V M CLXXI.

*Relaxationes animi honestas duntaxat  
admittere & probare.*

**S**anct. Ioannes Evangelista saepe cum perdice lu-  
debat, propter quam rem cum eum adoles-  
cens irrideret, arbitratus parum conuenire seni  
homini, qui sanctimonie exemplum atque spe-  
cimen esset, ut otiosus cum aue animi laxamen-  
tum quæreret, Ioannes pendere arcum ab eius  
humero conspicatus, petijt, ut arcum tenderet,  
quod cum egisset adolescentis, sepiusque sagittaf-  
set, demum à Ioanne dimissus arcum remisit,  
rursum Ioannes remittendi causam quæsiuit, re-  
pondente autem adolescenti, arcui se funem  
detraisse ut cum eo vti necesse fuerit, quia ni-  
mis tensus fuerat, sagittationi inutilem non inue-  
niat.

Tunc Ioannes & ego & ceteri mihi similes hone-  
sto otio interdum relaxamur, ut maioribus & cumula-  
tioribus viribus orationi atque ieiunio sufficere pos-  
simus quod fieri non posset si semper eodem  
rigiditatis tenore viue-  
remus.